



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 82. Regis mandata ad rebelles transmissa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

§. LXXXI.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1567.

*Hiscæ postulatis Regina Mater vehementer offensa.*

Hoc scripto Regina graviter irritabatur, hinc Caroli IX. nomine hæc responderi iussit.

Thuan. l. 6.  
Daniel hist.  
Franc.  
pag. 366.

§. LXXXII.

*Regis mandata ad rebelles transmissa.*

„Quandoquidem nemini, præterquam  
„Regi in suo Regno conventus  
„habere, militem conscribere, pecuniam  
„imperare, & programmata publicare licitum est, eaque jura Regi pecuniaria, nec eidem cum ullo, cujuscunque is dignitatis, & conditionis existat, communia sunt, cui proinde omnes, & præcipue cuncti eidem sanguinis propinquitate, aut munerum necessitate juncti parere tenentur, ea de causa cum Rex certior factus esset, quod plerique in armis ad oppidum sancti Dionysii sine jussu suo convenerint, eorumque præcipui Duces dicantur Condæus Princeps, tres Colinii fratres, Odetus Cardinalis Castellionæus, Caspar maris Præfectus, & Franciscus Andelotus, Franciscus Rupifulcaldius Comes, Franciscus Hangeustus Genlius, Georgius Claromontius Ambosianus, Franciscus Saulius comes, Fran-

Thuan. l. 6.  
La Popel.  
l. 13.

*Hist. Eccles. Tom. XLVIII. K „ciscus*



**Sæcul. XVI**  
**A.C. 1567.**

„ciscus Barbanfonus Canius, Jacobus  
„Bucardus, Bajancurius Buchaccia-  
„nus, Antonius Dallius Piquinius, Ja-  
„cobus Broliardus Lifius, Gabriel  
„Mongomerius Comes, Joannes Fer-  
„reri Carnutum Vice-Dominus, hinc  
„Rex uni ex fecialibus suis mandavit,  
„ut cunctis imperet, quando sine iussu  
„suo in armis convenerint, cujuscun-  
„que dignitatis, ac conditionis sint, ut  
„se statim positis armis coram Rege  
„sistant, eique obedientiam tanquam  
„legitimo Principi suo, & a Deo supra  
„iplos constituto, quam juxta Dei præ-  
„ceptum debent, omnino præstent:  
„sin minus, suomet & agendi modo te-  
„statum reddunt, atque exemplo suo  
„declarant, quod conventus insolent-  
„tes, sumptaque arma magno populi  
„incommodo, sed majore Majestatis, ac  
„dignitatis detrimento, approbent: cum  
„autem ejusmodi ausus manifestam se-  
„ditionem prodant, hinc Rex post hanc  
„eorum declarationem cum illis pro  
„criminis modo, ac gravitate decer-  
„nere cogitur.,

§. LXXXIII.

*Calvinistæ hac Regis denuntiatione  
turbati.*

*Ia Pop.*  
*Thuan. l. c.*

**P**ostquam hæc denuntiatio Regis no-  
mine ad præcipuos rebellium Duces  
in